



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Veritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Sacramenta, per Sacratissimam Virginem, per Crucem Sanctam, &c. iuras per res, in quibus Deus, ejusque Sanctitas nescit, ideo vera concipis juramenta. Huic reduci- tur, si creaturis addas in obliquo Deum, ut: *Per ignem Dei, per hunc aërem*, &c. Illa enim explicita Dei nomen- clatura, ipsum invocari probat.

3. Adverte tamen ex alio capite oriri posse, non fiat juramentum, etiam si Deum, vel Divina proferas, ni- mitum, quia illa non invocando, sed enuntiando, vel alia simili ratione à juramento aliena compellas; v.g. si sic dicas: *O corpus Dei! o Fides Dei!* cum tali homine: *Hoc quod dico est Evangelium: Coram Deo ita est: Deus scit: Deus vides ita esse: Maledicti illi nummi quos habeo: Angeli me associant, quot nummos tu habes: Sicut Chris- tianus, sicut Sacerdos, sicut Religiosus, ita res est, &c.* si in- quam sic dicas, non iuras, quia solum enuntias te esse contra illum iratum, tuum dictum esse verum instar (non quidem aequè) Evangelij, te esse coram Deo, nummos, non verò te, esse maledictos, Angelos te esse associatos, te esse Christianum, &c.

4. Verum, enim verò, alia submergit molestior diffi- cultas: nam plura effertur juramenta, quae, an referan- tur ad Deum valde dubitatur. Ut si *jurarem, per animam meam, per Conscientiam, per Fidem, per Caelum, per vitam meam, vel mei Patria, occidar, ni ita res sit*; dubium enim est, an haec ad Deum referantur: quare investigandum erit, an praedicta vera sint juramenta? Rursus, quia incer- tum non raro est, an etiam illa verba, quae Deum, vel Divina manifestè continent, invocent Deum, an solum eo modo, quo diximus n. 3. enuntient, ideo dubia etiam erunt juramenta, v.g. si dicas: *Non credo in Deum, si ita non est*, non constat, an solum enuntiativè, an etiam in- vocativè appelletur Deus ut testis. Simile est etiam illud: *Coram Deo ita est, &c.*

5. Hinc ergo laborant nobiles Doctores, Sanchez, Ca- stro Pal. citati, Layman lib. 4. tract. 3. cap. 2. Azor. par. 1. lib. 1. c. 2. in persequendis juramentorum formulis, quod videant, quae certò juramenta, quae certò non talia sint judicanda. Cum autem ea formulae penè sint innumera- biles, juxta varias variarum regionum loquendi consue- tudines, nimis prolixum earum catalogum exscribere, cum exigua cesset utilitate, nituntur: praeterquam, quod tractationem dilucidam in tanta varietate formularum exhibere nequaquam possunt. Nos igitur hanc regulam efformemus.

6. Per quaecunque verba gratiam perspicue Deum con- tinentia, multò magis dubiè, emittatur juramentum, erit omnino & semper in foro conscientiae ad intentionem jurantis attendendum, si velimus deprehendere, an verè juratum sit. Vel enim (quaecunque tandem verba profe- rantur) intendit, quis primò positivè invocare Deum, vel secundò positivè non invocare, vel tertio, (sive quia non advertit, sive quia nescit) praescindit ab ejus- modi invocatione, hoc est, nec intendit, nec non inten- dit invocare. Partitio videtur adaequata, continet enim contradictoria, & praecisionem ab ipsis. Iam si primum, certò erit juramentum, ut ex se patet: si secundum, certò juramentum non erit, ut fatentur communiter Doctores, Sanchez l. c. n. 1. Laym. lib. 4. t. 3. cap. 1. num. 3. citans Sa- r. Maiderum, aliosque; licet enim ego dicam *jurò per Deum*, si nolum per haec verba Deum ut testem mei dicti implorare, utique non implorabo, nisi valde materiali- ter, sicut si Pylaeus à Magistro edoctus eadem verba proferret; Certè in Sicilia ignobiles Viri unoquoque verbo (*par Dio*) jurant, quis autem dicat eos ignobiles verè jurare, cum nec ipsi aliquando sciant, quid signifi- cet illud (*par Dio*) videtur autem ex sua notione signi- ficare *per Deum*. Denique si tertium, certò item juramen- tum non erit, quia non invocatur Deum. Cum enim hic abstrahat ab invocatione, clarè apparet invocationem non exhibere.

7. Dices, at tacitè invocatur, si verba juramentum con- tinentia voce proferat. Respondeo, id prius negari; aliud enim est tacitè invocare Deum, aliud materialiter

solum voceretur proferre verba juratoria. In priore mo- do est tacita invocatio, quia, licet non expressè ipse ta- men Deus imploratur, de qua re dictum est c. 2. n. 5. at in posteriore, ne tacita quidem invocatio intervenit, quia nullo modo implatur Deus.

8. Dices, secundo: At sic decipies eum, qui à te juramen- tum exposcit, si dum verba juramentum certò sonantia se petit, aliud mente intelligendo, verè non iures. Re- spondeo, verè, tunc in foro conscientiae non jurari, quia non invocatur Deus, certum esse: ceterum, an liceat pro- pter tertij damnum, quem tunc decipis, &c. acquiescere, alia quaestio est, de qua infra, c. 3. §. 2.

9. Dixi n. 6. (in foro conscientiae) nam in foro exter- no, si verba continentia certò juramentum protulisti, reum te juramenti pronuntias iudex: liberabit verò ab omni obligatione, si tua verba illud certò non protule- rint: Quod si dubium sit, an protulerint, innui sup. lib. 1. c. 3. §. 7. *de Juramentum*, quia ratione sit judicandum.

10. Jam verò, pro Confessariis in foro interno haec debet esse praxis: Fatetur quis se cum mendacio jurasse, per animam, per conscientiam, per Caelum, &c. ne con- demnet statim Confessarius de perjurio sine alio exami- ne, sed juxta doctrinam datam interroget, poenitentem. An ipse per ea verba intenderit jurare, vel invocare Deum, vel se juxta consuetudinem graviter obligare (id enim esset implicite verum asserere juramentum) vel quid simile: si abnuat, vel dicat se ab his praescidisse, non erit perjurium, si annuat, erit. Unum tamen adverte, quando poenitentes confitentur se jurasse per Deum, per Sanctis- simam Virginem, perque similia clarè ad Deum relata, vel si singuli culti, dicant se mendaces cum juramento fuisse, interrogandos non amplius esse, an intenderint Deum invocare; nisi enim sint planè rudes, sciunt saltem in con- fuso se sic invocasse Divinum testimonium; ceterum, si aliqua muliercula haec verè nesciret, eam non peccasse fatendum esset, prout in pari casu diximus c. 1. n. 8.

§. IV. De conditionibus Juramenti.

1. Tres conditiones habere oportet juramentum, quas iuramenti comites appellant Doctores. Ve- ritatem, iustitiam, iudicium.

Veritas.

Veritas in eo consistit, ut iurans advertat, seu bona fide putet, verum esse, quod iurejurando affirmat, sive rem praesentem assumat, sive praeteritam, sive futuram, v.g. si iures Petrum heri elemosynam dedisse, nunc velle dare, etas ad id, debes saltem moraliter scire ita esse, & fore. Veritas ergo non tam sumitur ex ipso ob- jecto, seu re jurata materialiter, quam formaliter ex ipso animo jurantis; contingit enim saepe, rem non ita esse: ut ego sine dolo, & facta sufficienti diligentia inquiriti- di veritatem, deliberatè juro, sed tamen, quia ita est in cognitione mea, juramento non deest Veritas. Dico (de- liberatè) excusatur enim quis à mortali, si perfecta deli- beratio defuit, ut est universalis doctrina in similibus actibus humanis.

2. Unum nota, non solum juramentum promissorium esse de re futura, sed posse etiam esse de eadem re futura ipsum merum assertorium: sic Sanchez l. 3. in Dec. c. 4. n. 2. id quod contingit, quando quis nihil promittit; sed so- lum asserit rem ita esse futuram: ut si quis juraret, etas fu- turam fore solis eclipsem, is certè id assereret, non pro- mitteret. Pari modo possem jurare, me etas elemosynam largiturum, sine promissione, sed sub simplici proposito, asserendo nunc me nunc certum esse de mea futura voluntate elemosynam largiendi, quo pacto est merum juramentum assertorium: nam si adderem praeterea pro- missionem largiendi, tunc sanè esset promissorium.

3. Porro, qui sic per merum assertorium iuravit rem futuram, obligatur eandem facere, sicuti si iurasset per promissorium? Respondeo, aequè obligari, sive res

